

CHRISTOPHORI
BESOLDI, J.C. ET
ANTECESSORIS
Tubingensis,

SPICILEGIA POLITICO-
Juridica,

DE LEGATIS, (2) DE SESSIONIS
præcedentiâ, ac item (3) De Pacis Jure:
(4) dequis Arcanis Rerumpu-
blicarum.



ARGENTORATI,

Impensis Heredum LAZARI ZETZNERT,

Anno Christi, M. D. C. XXIV.

DISSERTATIONIS POLITICO-JURIDICAE I.

De Legatis, eorumque Jure,

C A P U T I.

*Prolegomena de antiquitate, necessitate,
& utilitate Legationis.*

Merito Aristoteles suæ ætatis Leguleios, ac Juris Professores reprehendit; ut potè qui *τὰς τοῦ τύπου αγωνάς*, & de formulis, quæ privatas hominum actiones resipiunt, ad ravim & nauseam usque disputarent: ea vero, quæ ad totius Reipublicæ administrationem, & comoda spectant, quasi pro derelicto haberent. Sanè & hoc seculo nostro multi inveniuntur, qui in componendis ac ditimendis controversijs privatorum, magno rei familiaris compendio versantur; pauci, qui de Republicâ rectè instituendâ fuscipiunt cogitationem. Ac certè condonanda illis hæcce negligentia esset, si non etiam inveniuntur, qui studia, quæ huc conducunt, summo conatu impedirent; & id quod vulgo dici solet, in usu haberent: Ars nulla osorem habet, nisi ignorantem. Verum non hæc impedire me possunt, quin ego nunc de materiâ quadam politicâ instituam tractationem; nempe de Legatis, eorumque Jure: quæ quidem adeò illustris & utilis visa fuit haud paucis, ut nullâ ferè de materiâ aliâ tot reperiantur, qui scripserint ex professo. Quippè jam olim, de Legationibus aliquid commentatus est Crates Atheniensis, Diogene Laërtio teste. Demetrius item Phaleræus, Plato, & Diotimus, in eodem quoque versati sunt arguento; quod ex eodem Laërtio, Strabone, & Athenæo cognosci potest. Multa passim de Legationibus Demosthenes & Åschines habent. Extant Eclogæ, seu fragmenta, aut excerpta de Legationibus, ex Polybio, alijsque Historicis Græcis, tamen extantibus, quam amissis; quæ Ursinus, Casaubonus, & Hæschelius ediderunt, rarum prudentiæ Politicæ Thesaurum continent. Estque Titulus æquè in Codice, ac Digestis, de Legationibus, singularis. Sunt non pauci Jurisconsulti,

DISSERTATIONIS POLITICO-JURIDICAE III.

DE PACE PACISQUE JURE

CAPUT I.

ENCOMIUM ET DEFINITIONEM Pacis continet.

PN Pace summa felicitas esse videtur. Et inde Christus Discipulos suos salutans, pacem illis optat: *Pax vobis*: *Lucæ, cap. 8. versic. 24.* Item, *pacem do vobis, pacem relinquo vobis &c.* *Johannis, cap. 14. versic. 27.* Ipse Mellitas est mediator pacis: pacem namque gentibus loquetur. *Zachar. cap. 9. vers. 10.* loquitur pacem in plebem suam, *Psalm. 85. vers. 9.* In ejus Nativitate pax hominibus annunciata fuit. *Lucæ, cap. 2. vers. 14.* Itidéque vocatur Rex Salem, id est, *Pacis, Hebræ. cap. 7. vers. 1.* Apostoli annunciatunt pacem per Jesum, *Actor. cap. 10. vers. 36.* Eò justificamur, ut pacem habeamus, *Romanor. cap. 5. vers. 1.* Erit opus Justitiae pax, *Esaïæ, cap. 32. vers. 17.* Fides tua te salvum fecit, vade in pace. *Lucæ, cap. 7. vers. 50. & cap. 8. v. 48.* Et tunc pax Christi exultat in cordibus nostris, *Colos. c. 3. vers. 15.* Et dat nobis Christus tandem pacem sempernam, *2. Thessalon. cap. 3. vers. 16.* E contraria non est pax impijs. *Esaïæ, cap. 37. vers. 21.* nesciunt viam pacis. *cap. 59. vers. 8.* viam pacis non cognoverunt. *Romanor. cap. 3. versic. 17.* De pace hanc divinam, egregie philosophatur Areopagita noster, *libr. de divin. nominib. cap. 11.* Ea est, inquit, quæ omnia conjungit, atque inter omnia concordiam, connexionemque & gignit, & absolvit. Itaque eam omnia expetunt, quod dividuam ipsorum multitudinem, ad totam conjunctionem traducat, intestinumque bellum hujus Universitatis, ad ejusdem generis domicilium conjungat. Ea prodit ad omnia, manens intus, toti singulari, quæ omnia superat, conjunctione: quæ nec cogitari, nec intelligi potest. Hincque dicitur Deus vis ipsa, aut vita ipsa, ac vita ipsius, aut pacis, aut potentiae auctor. Hancque pacem Christi humanitas diffundit, facitque pacem, quæ verbis expri-

Elenchus Capitum.

IV.	Qui pacem facere queant?	189.
V.	De aliquot Privilegijs, Iuréque singulari pacis.	193.
VI.	& Ultimum, De interpretatione pacis, & quomodo ea finiatur, ac quando fracta censeatur?	198.

Petri Aërodij JCti, Rerum Judicatarum, Libri III.

Titulus V. De pactis publicis.

Dissertationis Politicæ IV. & Ultimæ, De Arcanis Rerum publicarum,

Cap. I.	De Arcanis, omni Status convenientibus. fol.	234.
II.	De Arcanis specialibus cuiusvis politia.	250.
III.	De Flagitijs Dominationis.	257.
IV.	& ultimum, De simulachris Imperiorum.	259.

Elenchus librorum,

à

CHRISTOPHORO BE SOLDO, JC. vulgatorum.

Politica, Philologica, & item ducentia
ad pietatem,



Oiticorum libri duo: quorum prior, Republicæ natu-
ram & constitutionem, XII. capitibus absolvit: alter, de
Republicâ in omnibus partibus gubernandâ, IX. sectio-
nibus tractat. *Editio tertia:* cui Adamus Dappius Geislingenensis, co-
pissimum Indicem subjecit. *Tubingæ apud Alexandrum Cellium, in*
4. Anno Christi, 1629.

Eiusdem operis Synopsis; à Friderico Richardo Mockelio, Tubin-
genfi, Tabellis aliquot representata. *Ibid. apud eundem. in 4. A. eod.*

Politicæ doctrinæ; Institutionū Juris, quæ eæ adhuc in usu, & itē
Rerū ab Orbe condito gestarum, Synopsis. Junctis dissertationibus
(1) de veræ Philosophiæ fundamento, (2) de studio Liberalium Ar-
tium & Philosophiæ, (3) & de complexu omnium disciplinarum.
Argentinae, impenis heredum Lazari Zetzneri. in 12. A. C. 1623.

Discursus politici, (1) de Monarchiâ, (2) Aristocratiâ, (3) &
Democratâ, generatum tractantes. (4) De statu Republicæ subalter-
no, (5) ac de Republicæ formarū inter se comparatione. Intermix-
ta sunt Dissertationes singulares: de potestate Imperialium Civitatum,
quò ad immutandam Religionem. De Comitibus & Baronibus Im-
perij